Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



℣. A Bonum est confiteri domino

& conculcabis leonem & draconem.
Quoniam in me speravit liberabo eum protegam eum quoniam cognovit nomen meum.
Clamabit ad me & exaudiam eum cum ipso sum in tribulatione eripiam eum & glorificabo eum.
Longitudine dierum replebo eum & ostendam illi salutare meum.

PSALMUS CANTICI IN DIE SABBATI.

BONUM EST CONFITERI dno & psallere nomini tuo altissime.
Ad adnuntiandum mane misericordia tuam & veritatem tuam per noctem.
In decachordo psalterio cum canticio in cytharа.
Quia delectasti me dne in factura tua & in operibus manuum tuarum exultabo.
Quam magnificata sunt opera tua dne nimis